

NOMOLO

GIA, QVA ELOQVEN

di ac differendi ratio ad usum forensim

civilliumq; causarum procuratio

nem, pergrata studiorum

omniū utilitate, ac-

commodatur,

aucta &

recognita nunc iterum ab ipso

AVTORE IACOBO OMPHA

LIO IVRECONSULTO.



COLONIAE
Apud Eucharium Ceruicornum,

1538



S ILLVSTRISS. ET
AMPLISSIMO VIRO D. IOHANNI
ab Angesto, præsuli & comis-
ti Nouiodunensi, patri-
tioq; Franciæ,
IACOBVS OMPHALIVS S. P. D.



VLTAE sunt & gra-
ues causæ, clarissime
Præsul, cur oēs, qui
in aliqua studij laude
ac nomis gloria uer-
santur, admirabilem
istam excellentis na-
turæ bonitatem orbi
gratulētur uniuerso:
lætenturq; cū præcis

ti, tum etiā sperata tua dignitate. Is enim uitæ tuæ
splendor est, ea laudabilis eruditiois amplitudo, &
mira quædā in omnibus grauioribus disciplinis præ-
stantia, nihil ut fortuna in te uideatur amplius con-
stituisse, q; ut possis: nihil natura excellēti largita,
q; ut uelis laudādarū artiū dignitatē in pristinā ho-
noris pulchritudinē adducere atq; excitare. Et cū
ipse in hac uita communiū perturbationū cōcurſa-
tione, ingenij uim oēm, uniuersa naturæ atq; indu-
stria instrumenta, ad laboratis recip. æ gras ac pro-
pè depositas partes suscipiendas conuertas, magnū
cunctis exemplū proponis, in oēm bene gerendæ rei
occasiōnē fortiter insubendi. Sic enī à ceteris ch

DE R A T I-

ONE ELOQVENDI AC DISSE-

rendi Liber Vnus, ad nsum forensim ciui-

liumq; causarum procurationem mi-

ra facilitate, & pergrata stu-

diorum omnium utilitate

adcommodatus,

A U T O R E I A C O B O O M P H A L I O

I V R E C O N S V L T O.

De usu eloquentiae.



NTER amplissima
naturæ bona, quibus uel
gloriæ æternitatē nomi-
nis ac famæ prædicatio-
ne cōsequimur, uel ad ci-
uilem humanūq; cultū in-
formamur, non aliud ma-
gnificentius beneficium ipsa illa orandi fa-
cilitate princeps ac rerum omnium parēs
Christus homini concessit. Nam & ea cō-
titutæ ipsius dignitatem, tum uero uniuersi-
tam reipublicæ salutē maxime continent;
& cætera in squalore iacerent perpetuæ
obliuionis caligine obducta ingenuæ ar-
tium studia, & quicquid hæc terutiuni uni-
uersitas habet uel laudis amplitudine ex-

DIALOGVS

QVI FATVM INSCRIBITVR,
 actus Tolosæ, cum Jacobus Ompha
 lius adoptatus in collegium iure
 consultorum, beneficio maxi-
 mè totius Vniuersitas
 sis effect.

ARGUMENTVM.

Solam uitæ dignitatem, nominisq; glo-
 riæ expetendam esse.

HYMENAEVS, LACHESIS.

HY. Ad languorem me dedit hæc occurratio, dum
 huc illuc perreptando miserè animi pendens, con-
 viuium Musarum inuestigo. Sed est ne hoc quod uì
 deo? Sciam ex hac muliercula, ne imprudentia la-
 psus, turpiter me his dem conuiuam. Mea mulier,
 dic queso, si fides dignitasq; patitur tua, hoccine
 Germani doctoris est conuiuum? La. Dabis hoc uel
 humanitati, uel pudori, ut qui sis, prius exponas.
 Hy. Hymenæus sum, magnus ille nuptiarū præses.
 La. Concedas igitur alio, nostro honori inservies.
 nō enim uulgi hic conuiuū strepitū atq; insanis sal-
 tationibus redundans agitur, sed clarissimorū ui-
 torum lectissimus hic assidet cœtus. Magnus hic la-

ria in pristinū restitueret honorem. Ultimus corum
qui ad laudem cruditionis, fortunæ amplitudinem
adiungerent. Hym. Enim uero fructuosum hoc
stamen fuit, & immortalitate dignum. Sed deum
immortalem, que huius staminis est proteruitas,
quod tam latè se fundit semper excrescens. La.
Vultej est ingeniosissimi iuuenis, cuius nascens inge-
nij gloria eò protumpit, nullis ut orbis finib⁹ con-
tineatur. Hym. Cae*re* igitur mea Lachesis, nemar-
gno orbis incommodo istud præcidatur. Hoc cuius
est obscurum, lacerum, pressum, multa in parte con-
uulsum. La. Germani huius doctoris. Hym. Quam
significationem habet. La. Vtant fata mysteria
sua prophanari, & me alioiam uocat sorores. Qui
uitam incolu[m]em fortunamq[ue] petit sempiternam,
glorie ac laudis, nō falsi honoris ac uoluptatis sta-
men sibi querat. Hym. Ego quoque in eam iam
sum adductus sententiam, ut plane constituam, stu-
dium ac uitæ iucunditatem in gloria ac laude esse
ponendam.

Coloniæ, expensis M. Godefridi Hittorpij ciuis
Coloniensis, anno Christi nativitatis 1538. mense
Augusto, Adolpho Rincho nonum, Ar-
noldo Scgenio quartum COSS.